



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 62. Innocentii XI. Pontificis responsum ad Alectensis Episcopi
mandatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

confessionibus erat: utriusque autem Sæc. XVII.
indignationem sibi adsciverat Apa- A. C. 1677.
mienſis, partim quod antea formulæ
ſubſcriptioni pertinaciter reſtiterit, par-
tim quod Anno 1669. tres Jeſuitas Apa-
mienſes publice excommunicatos de-
clararit.

§. LXII.

*Nicolai Pavillonii Aleſtenſis Episcopi
epiſtola ad Innocentium XI.
Papam.*

Præter Episcopum Apamiensem stre-
nuum hunc libertatis Ecclesiasticæ
vindictam ſolus adhuc in arena ſtetit
Venerandus ſenecio Nicolaus Pavillo-
nius Aleſtenſis Episcopus: ex ceteris
enim Franciæ Episcopis nonnulli Prin-
cipis gratiam quovis pretio captandi
ſtudio, præmiorum, ac proferendæ
dignitatis ſpe, excæcati, palam Rega-
liæ ſervitutem jugumque ſibi impo-
ſuerunt, alii tamen aut temporalium
vel Regiæ offenſionis metu territi, Re-
giis edictis aperte obniti reſuſabant,
ac ſuis capitulis permittebant, ut Rega-
liæ ſubſcriberent, potiſſimi vero in corde
ſuo gemebundi dolebant, querebantur-
que ſe invitos cogi, ac propterea, ne hoc
ſilentio ſuæ libertati, atque Eccleſia-
rum immunitati nocerent, coram No-
tariis & teſtibus ſuam oppoſitionem in
tabu-

Sæc. XVII. tabulas referri curarunt. Hic eo tem-
 pore miserrimus erat Gallicanæ Eccle-
 siæ status, de quo Alecſenſis Episco-
 pus hoc anno die trigesima Junii Inno-
 centium XI. Papam certioſorem reddidit
 hæc perſcribens:

„Inter alias, Beatissime Pater, tu-
 „bas occasione juris, ut vocant Rega-
 „liæ huic nostræ Diœcesi invecſas ab-
 „diſcet Sanctitas Veſtra quod jus juri-
 „ultra antiquas metas extenſione, ab-
 „quot abhinc annis, Narbonenſis no-
 „stræ & aliarum quatuor aut quinque
 „Eccleſiaſticarum Provinciæ, & non
 „nullarum præterea Diœceſium nativæ
 „& Canonicam libertatem evertere, in-
 „dem aſſentatores moliantur. Equi-
 „dem cum ediſto Regio hac de re pro-
 „mulgato parere, Conſcientia prohibe-
 „bente, renuerim, præcipua noſtra
 „Diœceſis beneficia in Regalia, ut vo-
 „lunt, vacantia per Regium diploma
 „pleno jure, pulſis legitimis & paci-
 „cis poſſeſſoribus, collata ſunt: quod
 „etiam in Apamienſi Diœceſi, & for-
 „aliis quibusdam, ſicubi Episcopi non
 „paruere ediſto, factum eſt. Cum au-
 „tem, Beatissime Pater, ex decreti
 „Concilii generalis Lugdunenſis ſecundi
 „quod incipit, generali conſtitutione
 „& pro ſolemni ſacramento a me
 „Episcopali conſecratione præſtito juri-

„& libertates Ecclesiæ mihi commissæ Sæc. XVII.
 „per censuras Ecclesiasticas tueri vel- A. C. 1677.
 „lem; eo res addacta est, ut duorum
 „Ecclesiæ cathedralis Canonorum e
 „familiaribus nostris, Archidiaconi sci-
 „licet, & Promotoris, indicta per si-
 „gilli Regii literas relegatione, uno
 „abhinc anno mulctatus fuerim. Et
 „ecce mihi hanc epistolam meditati,
 „& pro manibus habenti nova advenit
 „mulcta, nova orbitas, dum simili ius-
 „sione longe amandatur Canonicus no-
 „ster Theologus, quem in priorum lo-
 „cum suffeceram, & in ministerii Epi-
 „scopalis subsidium lateri meo adscive-
 „ram. Imo & mihi eadem fors jam
 „hinc a priore anno impendebat, ad-
 „versariis Ecclesiæ Regiam Authorita-
 „tem ad id enixe sollicitantibus, nisi
 „eorum consilium nativa sua æquitate
 „& moderatione Christianissimus Rex
 „posthabuisset. Sed de hoc quantum-
 „cunque gravi negotio plura Sanctitati
 „Vestræ proloqui supersedeo, tum ne
 „longiori privatæ calamitatis queri-
 „monia molestus fiam, tum quia hu-
 „jus vexationis adhuc vigentis acta a
 „nobis transmissa, quo pacto res tota
 „gesta sit, declarabunt.,

... En Beatissime Pater, Eccle-
 „siæ Gallicanæ vario morborum genere
 „laborantis status brevi Sanctitatis.
Hist. Eccles. Tom. LXIV. N Ve-

Sæc. XVII. „Vestræ oculis delineatus, solet qui-
A. C. 1677. „dem ægrotantium dolor multas me-
 „dendi artes excogitare, sed non om-
 „nes æque commodas & utiles, unde
 „satiùs erit, patefactis jam nostris vul-
 „neribus totos nos Apostolicæ Vestræ
 „charitati & prudentiæ committere,
 „nisi forte etiam nostros ea de re sen-
 „sus cognoscere Vestra Sanctitas op-
 „portunum duxerit. Certe fausta om-
 „nia a Vestra Beatitudine exspectamus,
 „maxime pro tuendis divinæ gratiæ
 „dogmatibus, pro stabiliendis Ethicæ
 „Christianæ regulis, pro sancienda ve-
 „steri, & canonica Ecclesiarum liber-
 „tate. Hæret enim cordi ejus impressa
 „hæc unius ex suis decessoribus Sen-
 „tentia: *Optamus, si fieri potest, in di-*
 „*bus nostris Apostolicam fidem, & Eccle-*
 „*sia regulas cum subiectis nobis populis cu-*
 „*stodire, & omnem novam doctrinam so-*
 „*pire.* Equidem Beatissime Pater, eo
 „ætatis profectus sum, ut hæc, ante
 „quam moriar, in Ecclesia videndi vix
 „spes supersit: peregrinationis tamen
 „meæ cursum jam majori cum alacri-
 „tate, Pontificatus Vestri specie recrea-
 „tus & confirmatus prosequar; quæ &
 „quanta in Ecclesiam universam bona
 „sanctitatis Vestræ opera diffundenda
 „sint, animo prospiciens.,,

Ejus

Ejusdem Mensis die vigesima octava Sæc. XVII.
idem Episcopus ad Ludovicum Regem A. C. 1677.
litteras dedit, in quibus decretum suum,
quod officii sui instituto compulsus e-
diderat, pluribus allatis rationibus vin-
dicare nitebatur.

§. LXIII.

*Innocentii XI. Pontificis responsum
ad Aleſſenſis Episcopi litteras.*

Ad hæc Aleſſenſis Episcopi litteras
Innocentius XI. summus Pontifex
die decima nona Septembris hæc re-
spondit: „Susceptam a nobis de pasto-
„rali in Aleſſenſi Ecclesia regenda, ac
„Ecclesiastica Disciplina instauranda
„Fraternitatis tuæ zelo opinionem mi-
„rifice confirmarunt literæ, quas tri-
„gesima Julii ad nos dedisti. lis enim
„refertæ sunt cum pii tum vigilantis
„animi sensibus, ut nullum nobis de
„eo dubitandi locum relinquant. Pro
„comperto autem te habere volumus,
„religiosis studiis tuis constanti Nos
„præsidio atque Authoritate affuturos,
„libenterque occasiones omnes ample-
„xuros, ex quibus propensam erga te
„voluntatem Nostram agnoscere valeas.
„Quod attinet ad ea, quæ fuisse nobis
„tum per litteras, tum per earum ex-
„hibitorem significasti, tanti profecto
N 2 „mo-